

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Duke University Libraries


<http://www.archive.org/details/davidhocestvirtu00aria>

THE
WILLIAM R. PERKINS
LIBRARY
OF
DUKE UNIVERSITY



Rare Books



The image shows a highly decorative title page. The central text is enclosed in a rectangular frame with a beaded border. The frame is surrounded by intricate woodcut-style illustrations. On the left, a harp is draped over a lion's head. On the right, a lion's head is positioned above a trumpet. At the bottom, an anchor is shown with a lion's head and a cross. The background is filled with floral and scrollwork patterns.

DAVID, HOC EST
VIRTUTIS EXERCITATISSIMÆ
PROBATUM DEO SPECTACULUM,
EX DAVID PASTORIS,
MILITIS, REGIS, EXULIS, AC
PROPHETÆ EXEMPLIS.

Amstelodami.

Excusum apud N.I. Visscher

Anno 1637



BONA INDOLES RECTE CVLTA.



*Jeshada laudes puero meditante, paternum
Et pecus, et volucres, et stupore ferq;*

*Ipse pater superum dixit, meus hic, meus esto;
Hic pascat nostros instituatque greges.*





*Cum primū monstrata petens subit ardua virtus
Difficilem fortis sustinet inuidiam.*

*Nec facis est sentire hostes aliena professos,
Inferensam propriam sentit et illa domum.*





Nuda fides ut monstra domct, non indiget armis; Difficilesq; subit casus, atque ardua tentat
Arceis humani damnat et ingenij. Tecca, uno studio presidioque Dei 5





*Mole graui et subito casu magnis ruit ausis
Vis expers sensus consilijque p̄.*

*Hanc victrix pietas sternitq; trahitq; triūpho,
Non iactare minas docta, sed efficere. 6*




PIETATIS TRIUMPHVS



Inuisę Superis Vires animique minaces
 Scilicet ausa ferox orsa mouere nefas.

Monstrum horrendũ ingens iuuenis Virtute modesti
 Concidit, expedit hoc milite bella Deus.





*Virtus vera bonos equat, sanctoq. ligatos
Coniungit certe foedere amicitia.*

*Participesq. facit vitæ sociosque laborum
Communi tutos vivere consilio.*



CIRCUMSPECTA VIRTUS.



*Officiosa py valde ac studiosa iuvantis
Virtus, laetali excluditur invidia*

*Dura hominis mens est, ac sancto ingrata labori
Sed Pietas comites excipit alma suos.*





*Proposito imperioſus Amor ſibiſexus honeſto
Nil non promittit, nil ſibi non ſuperat.*

*Tutantemq; pios, et noxia monſtra domantem
Aſpiciens calo promovet ipſe Deus.*






*Emeritos tandem virtus contingit honores
Quos inuita probat quamlibet invidia.*

*Principibus par usq. viri, par regibus asis
Obtinet, obscurum nobilitatque caput.*





*Alienus recte gemit et fortibus ausis
Invida mille modis vitetur ambitio.*

*Retinet pietas, generis neq. cura nocentem;
Sed fugit hanc sapiens, prospiciensq. cauet.* 12





*Præsidium firmum valli ac tutissima præstat
Munera, quam pietas iungit, amicitia.*

*Hæc videt occultum, curatque docetq; periculum,
Et subit, ut focum liberet, ipsa minas.*





*Nuda et inops pietas, non vim, non perfida fraudis
 Sed petis aeterni munera consily.*

*Exanis Deus hanc donis vulgog, negatis
 Et iuvat et saturat, et bonu amplificat.*





*Crimina dira ody, et in spem, studiumq; nocentis,
Eludit pietas, castibus in subititis.*

*Tua fides mane, et, trepidis solertia rebus,
Deferet hanc nunquam desituerve comes.*





*Excepit et miseros virtus. comitesq; ructur
Exceptosq; homis instruet officijs.*

*Hanc tenet exercens pietas et cura suorum
Illis docta prius quam sibi consulez*





*Sancta fides iunctos annos confirmat, et artus
Innodat sacri nexibus officij*

*Sponte bonum petit atq; colit, ceditq; supernis
Legibus, et præfert quem Deus antetulit. 17.*





*Afficit exiguos animos, mentesque minutas
Vltio, magnanumis non bene grata viris.*

*Non est ut possis inimicum perdere tanti
Quanti animam ut sospes debeat ille tibi.*¹⁸



INGRATA AVARITIA



*Et res et tutas animas fiducia seruat,
Vicinus fortis cum subit atque pius.*

*Innocuos tamen irritat vicinus avarus,
Accepti et ledit non memor officij . 19*



PRVDENTIA SALVTARIS



*Excipit incensos irarum fulminis ignes
Prudens sermo pio sedulis obsequio.*

*Pectoris ingenii feruor placatur honestis
Et gaudens cedit vocibus ac monitis.*





*Invidiam, fraudes, consilia iniusta minasque
 Quis putet officijs vincere posse bonis?*

*Poenituit fortem nullum potuisse querelas
 Ulicij propria, nec voluisse manu. 21.*





Appetere haud mirū est; nocet at retulisse cupita : Discrimen tolerare suo pro principe, pulcrū est :
Sed magis est mentem non domuisse graue. Pulcrus at cum Rex hoc cauet ipse suis 23





Bella, inimicitias, dānum, discrimina plura
Sustinet, et perfert mens bene certa viri:

Posse probare tamē negat hęc fraudeūc dolimue
Et commenta māli callida consily - 26





Tandem victa hominū inuidiosa superbia iusto
 Consilio cedit iudicioque Dei.

Dānarant quicunq; pium, laudasse priores
 Optant. Virtutem gloria certa manet.²⁸





*Sumus honor seruire Deo, metemq; ministrā
Aptare hospitij's officijsque bonis.*

*Vltrices iras contra temerarius ausus,
Dedecus expectet ambitiosus honor. 29,*





*Non oblata virum mouet alia potentia iustum
Antiquum ut rumpat vincula amicitiae :*

*Nec regnare adeo gratum est, ac posse iuuare
Quos amat, aut quorum pignora grata fouet*
30





*Eheu quam leuibus valide quam maxima figit
Corda virum telis injūctus amor !*

*Quis puet in medys tutum se sistere flammis :
Longè vifē urunt, aspicere ergo nocet . 31*





*Prima bona integritas vitę, varijsima quamq̃
Sed curandã p̃ys et capiendã viris.*

*At semel in morbũ lapsis, hec proxima sit laus
Auscultare boni consilij medici.* 32



33 VERAE GLORIAE AMPLIFICATIO.



*Improbatis opes, iniusta potentia, magno
Et subito casu præcipitque ruunt.*

*Hostibus extinctis surgit domus alia piorum,
Atque nouis spolijs, diuitijsque nitet. 33*





*Publica prospicere haud satis est, sed moribus atq;
Legibus est puris instituenda domus.*

*Cui leue natoꝝ fuerit scelus, ille videbit
Exempla et sobolis funera dira sua.*





*Virtuti coniuncta patrū, exemplisq; severis
Et iuvat et confert consilij grauitas.*

*Quid non molitur male confirmata iuuetus.
Tam faciles credit cum sibi habere patres.*





*Maxima ciuilis belli ac deterrima pestis
Cum interna flagrat seditione domus.*

*Non tamen est usus leuis hinc ut certus amicos
Inter nosse queas, quæ tibi summa quietes* 36





*Nature mirādus amor, durissima perfert
Pondera, et offensas sustinet usq; graues.* *Quoq; magis tener est, magis atq; urgetur, et arcte
Stringitur, hoc adeo rumpitur ille minus* 37





*Actas, forma, genus, decus, aplaq, copia rerum, Hęc homines ut magna probat: sed desit honestas,
Plausibus et populi gratia mobilibus. Precipiti certum eji hęc ruitura gradu. 38.*



IVS INVICTVM.



*Invidia infelix varij ac dementia vulgi
 Sepius ignavo fracta pudore cadit.*

*Prestantis tamen est animi, nec frangitur istis,
 Nec meritam fractis velle referre vicem.*





*Et solet in medys iustum vexare triumphis,
Stultitia infesta præcipitiq; manu;*

*Sed spumante malo, necdum feruente, furens se
Elatibus effundit perdit et ipsa suis. 40*





*Lenta Dei, haud oblita tamen premit ultio fontes, Hanc princeps bonus et prudēs quoquē periclo
 'Nec patitur comites criminis effugere . Expiat, ut populis prospiciat miseris . 41*





*Poscunt iura modum; clari hæ sunt principis artes
Noscere quid leges, quid moneat pietas.*

*Crimina supplicij satis est expleße nocentem,
Seu sua siue patres quæ meruere luat.*





*Non bene miscentur pietas, humanaq; rerū
Auxilia, hæc dispar ius ratioq; fouet.*

*Auctorem certum refert nouisse bonorū,
Laudis riualem non feret usq; Deus. 43.*



44 HUMANAE GLORIAE EXAMEN.



*Errores nouisse suos, errata fateri
Et fugere, optandi iamua certa boni est.*

*Proxima sed laus est, pene haut prescribere finem,
Sed petisse, modum figat ut ipse Deus. 44*





*Et iuvat et placat Princeps retinetq; litando
Pro populo faciens sollicitusq; Deum.*

*Regius ille animus, mauult qui seq; suosque
Perdi, quam miserum posse perire gregem.*





*Diuities et opes Pietas lectissima in usus
Vnica commendat, cum petit ipsa suos.*

*Quis prudens mihi Rex, qui prospicit undiq, ut viuis
Sit cultus populis, imperitetq, Deus.*





*Tutius et melius cura sumptuq; minori
Completbis proprium constituq; locum.*

*Consilium insipiens duros uanosaq; labores
Experire, Deus te nisi promoueat. 47*





*Munere susceptam bene rem gessisse beatū est;
Laudandam et superis ædificasse domum .*

*Sed numeros implet cunctos cui continget heres
Et studij patrię compos et officij . 48*



PROMISSA DEI MANENT FIRMA.

קְהִלָּה

